

## TEXTOS LATINO Y ESPAÑOL

TÍTULO XI. De los cuatrerros. . . . .	32
TÍTULO XII. De los incendiarios. . . . .	34
TÍTULO XIII. De la remoción de términos.. . . .	38
TÍTULO XIV. De los plagiarios. . . . .	39
TÍTULO XV. De los astrólogos, hechiceros y maniqueos.. . . .	41
TÍTULO XVI. De la sucesión legítima . . . . .	45

stitutionem declarare his, qui horrea locant, maiorem uim inputari non posse.<sup>a</sup>

## <TITVLVS XI> DE ABACTORIBVS

11,1,1 MOYSES dicit:

Si quis inuolauerit uitulum aut ouem et occiderit aut uendiderit, quinque uitulos restituet pro uitulo  
2 uno, quattuor oues pro oue una. quod si non habet unde reddat, uenundetur pro furto.<sup>b</sup>

11,2,1 PAVLVS libro sententiarum V sub titulo de abactoribus:

Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium uel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. atroces autem sunt, qui equos et greges ouium de stabulo uel de pascuis abigunt uel si id saepius aut ferro aut conducta manu faciunt.<sup>c</sup>

11,3,1 Idem PAVLVS eodem libro et titulo:

Abactores sunt, qui unum equum uel duas equas totidemque boues, [oues] uel capras decem, porcos quinque abegerint. quidquid uero intra hunc numerum fuerit ablatum, in poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum conuenitur aut fustibus caesus in opus publicum unius anni datur aut sub poena uinculorum domino restituetur.<sup>d</sup>

11,4,1 Idem PAVLVS eodem libro et titulo:

Si ea pecora, de quibus quis litigauerat, abegerit, ad forum remittendus est atque ita conuictus in duplum uel in triplum furis more damnatur.<sup>e</sup>

11,5,1 Idem PAVLVS eodem libro et titulo:

<sup>a</sup> Imp. Antoninus... *Cod. Iust.* 4, 65, 1.

<sup>b</sup> Si quis... *Exod.* 22: 1, 3.

<sup>c</sup> Atroces... Paulus 5, 18, 2.

<sup>d</sup> Abactores sunt... Paulus 5, 18, 1.

<sup>e</sup> Si ea... Paulus 5, 18, 3.

mente que no se puede imputar responsabilidad por fuerza mayor a estos que alquilan bodegas.

## TÍTULO XI DE LOS CUATREROS

11,1,1 Moisés dice:

Si alguien se apoderara de un becerro o una oveja y los matara o vendiera, por cada becerro restituirá cinco becerros; por cada oveja, cuatro ovejas. Y si no tiene de dónde devolverlos, que sea vendido por hurto.

11,2,1 Paulo en el libro V de las *Sentencias* bajo el título “De los cuatreros”:

Los atroces cuatreros de ganados casi siempre son entregados a la espada<sup>53</sup> o a la mina, pero a veces al trabajo público.<sup>54</sup> Ahora bien, son atroces los que roban caballos y greyes de ovejas de un establo, o de pastizales, o si lo hacen más frecuentemente con arma o en grupo.

11,3,1 El mismo Paulo en el mismo libro y título:

Cuatreros son los que roban un solo caballo o dos yeguas y otros tantos bueyes u ovejas, o diez cabras o cinco puercos. Pero todo lo que haya sido llevado, dentro de ese número, se demanda en la pena del hurto, según su naturaleza, o al doble o al triple, o golpeado con palos se entrega al trabajo público de un año, o se restituirá al dueño bajo pena de cadenas.

11,4,1 El mismo Paulo en el mismo libro y título:

Si robara esos ganados por los cuales alguien había litigado, debe ser remitido al foro, y así convicto es condenado al doble o al triple como ladrón.

11,5,1 El mismo Paulo en el mismo libro y título:

<sup>53</sup> Para Berger (p. 482), *damnare ad gladium* significa condenar a un delincuente a la pena de muerte por decapitación con una espada. Sin embargo, en Forcellini aparece *Damnari ad gladium est ad gladiatorium certamen destinari*. Vid. infra, 11,7,3 y 4.

<sup>54</sup> Es decir, trabajos forzados en obras públicas.

Qui bouem uel equum errantem quodue aliud pecus abduxerit, furem magis eum quam abactorem constitui placuit.<sup>a</sup>

11,6,1 PAVLVS libro singulari de poenis paganorum sub titulo de abigeis dixit:

Cum durius abigei damnantur, et ad gladium tradantur: itaque diuus Pius ad concilium Baeticae  
2 rescripsit. qui pecora, de quibus litigabat, abegit, ad forum remittendus est et si uictus fuerit, in duplum uel quadruplum condemnandus.

11,7,1 VLPIANVS libro octauo de officio proconsulis sub titulo de abigeis:

De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus rescripsit concilio Baeticae: 'Abigei cum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent. puniuntur autem durissime non ubique, sed ubi frequentius est hoc genus maleficii: alioquin et in opus et nonnumquam temporarium  
2 damnantur.<sup>b</sup> ideoque puto apud uos quoque sufficere genus poenae, quod maximum huic maleficio inrogari solet, ut ad gladium abigei dentur: aut si quis tam notus et tam grauis in abigendo fuit, ut prius ex hoc crimine aliqua poena affectus sit, hunc in metallum  
3 dari oportere'. rescriptum diui Hadriani sic loquitur, quasi grauior poena sit metalli: nisi forte hoc sensit diuus Hadrianus gladii poenam dicendo ludi damnatio-  
4 nem. est autem differentia inter eos qui ad gladium et eos qui ad ludum damnantur: nam ad gladium damnati confestim consumuntur uel certe intra annum debent consumi: hoc enim mandatis continetur. enim uero qui in ludum damnantur, non utique consumuntur sed etiam pilleari et rudem, accipere possunt post interuallum, siquidem post quinquennium pilleari,

<sup>a</sup> Qui bouem... Paulus 5, 18, 4.

<sup>b</sup> De abigeis... *Dig.* 47, 14, 1 pr.

Se dispuso que ese que se hubiera llevado un buey o un caballo errante o algún otro ganado, fuera señalado más como ladrón que como cuatrero.

11,6,1 Paulo en el *Libro singular* de las penas de los campesinos bajo el título “De los abigeos” dijo:

Cuando los abigeos son más duramente condenados hasta son entregados a la espada: y así el divo Pío<sup>55</sup> 2 resolvió en un rescripto al concilio de Bética. El que robó los ganados por los cuales litigaba, debe ser remitido al foro y, si fuera declarado culpable, debe ser condenado al doble o al cuádruplo.

11,7,1 Ulpiano en el libro octavo *Del oficio de procónsul*, bajo el título “De los abigeos”:

Así el divo Adriano resolvió en un rescripto al concilio de Bética sobre el castigo a los abigeos: “Cuando los abigeos son muy duramente castigados suelen ser condenados a la espada. Pero son muy duramente castigados no dondequiera, sino donde es más frecuente este género de fechoría; por lo demás, son condenados tanto 2 a trabajo forzado como a veces a trabajo temporal. Y por eso pienso que entre vosotros también es suficiente el género de pena, que es el máximo que suele imponerse a esa fechoría, que los abigeos sean entregados a la espada; o si alguien fue tan conocido y tan peligroso en robar ganado, que antes, por este crimen, ha sido castigado con alguna pena, es conveniente que ése sea 3 entregado a la mina”. El rescripto del divo Adriano habla así, como si fuera más grave la pena de la mina: a no ser que casualmente el divo Adriano haya entendido esto, llamando “pena de la espada” a la “condena 4 del juego”. Pero hay diferencia entre esos que son condenados a la espada y esos que al juego, pues los condenados a la espada inmediatamente se mueren o ciertamente deben morir en un año; esto, sin duda, está contenido en mandatos. Mas los que son condenados al juego generalmente no se mueren así, sino también pueden ser cubiertos con el pileo y recibir la vara del honor después de un tiempo, ya que después de cinco

<sup>55</sup> Se refiere a Adriano, mencionado más adelante.

post triennium autem rudem induere eis permittitur.  
5 eodem rescripto diui Hadriani diligentissime expres-  
sum est non ubique parem esse poenam abigeorum.

11.8.1 Idem VLPPIANVS libro et titulo qui supra:

Abigei autem proprie hi habentur, qui pecora ex  
pastu et ex armentis subtrahunt et quodammodo  
depraedantur et abigei studium quasi artem exercent  
equos de gregibus uel boues de armentis abducentes.  
ceterum si quis bouem aberrantem uel equum in  
solitudine abduxerit, non est abigeus, sed fur potius.  
2 sed et qui porcum uel capram uel uerbecem abducunt,  
non tam grauiter ut hi qui maiora animalia abigunt  
3 plecti debent. quamquam autem Hadrianus metalli  
poenam temporari uel etiam gladii praestituerit,  
attamen qui honestiore loco nati sunt non debent ad  
hanc poenam pertinere, sed aut relegandi erunt aut  
4 remouendi ordine. Romae tamen etiam bestiis subici  
abigeos uidemus: et sane qui cum gladio abigunt, non  
iniquae hac poena adficiuntur.<sup>a</sup>

## <TITVLVS XII> DE INCENDIARIIS

12.1.1 MOYSES dicit:

Si exierit ignis et inuenerit spinas et comprehenderit  
areas uel spicas aut campum, aestimationem restituet  
ille qui succendit ignem.<sup>b</sup>

12.2.1 PAVLVS libro sententiarum [quinto] sub titulo de  
incendiariis:

Qui casam aut uillam inimicitiarum gratia incende-  
runt, humiliores in metallum aut in opus publicum  
2 damnantur, honestiores in insulam relegantur. fortui-  
ta incendia, quae casu uenti furentis uel incuria ignem

<sup>a</sup> Abigei... *Dig.* 47, 14, 1-4.

<sup>b</sup> Si exierit... *Exod.* 22: 6.

años se permite ser cubierto con el pileo; pero después de tres se les permite que se cubran con la vara del honor. En el mismo rescripto del divo Adriano se expresó muy diligentemente que no dondequiera era igual la pena de los abigeos.

11,8,1 El mismo Ulpiano en el libro y título de arriba:

Pero propiamente se tienen como abigeos aquellos que sustraen ganados del pastizal y de los rebaños y en cierto modo saquean y ejercen la afición del abigeo como arte, llevándose caballos de las greyes, o bueyes de los rebaños. Por lo demás, si alguien se llevara un buey extraviado o un caballo en abandono no es abigeo sino más bien ladrón. Pero tampoco los que se llevan un puerco o una cabra o un carnero deben ser castigados tan gravemente como aquellos que roban animales mayores. Pero aunque Adriano haya determinado la pena de la mina, e incluso la de la espada, de la de trabajo temporal, sin embargo los que nacieron de condición más alta no deben alcanzar esta pena, sino que deberán ser relegados o destituidos del orden senatorial. Sin embargo, también vemos que en Roma los abigeos son expuestos a las bestias; y, en efecto, los que roban con espada, no inicualemente son castigados con esta pena.

## TÍTULO XII DE LOS INCENDIARIOS

Moisés dice:

Si el fuego saliera y encontrara espinas y comprendiera áreas o espigas o un campo, restituirá la estimación aquel que encendió el fuego.

12,2,1 Paulo en el libro [quinto] de las *Sentencias*, bajo el título “De los incendiarios”:

Los que incendiaron una cabaña o una villa por enemistades, si son de clase humilde se les condena a la mina o al trabajo público; si son de clase alta se les relega a una isla. Incendios fortuitos son los que se

supponentis ad usque uicini agros euadunt, si ex eo seges uel uinea uel oliuae uel fructiferae arbores concrementur, datum damnum aestimatione sarciatur.<sup>a</sup>

12,3,1 Idem PAVLVS eodem libro et titulo:

Commissum uero seruorum, si domino uideatur,  
2 noxae deditioe sarciatur. messium sane per dolum incensores uinearum oliuarumue aut in metallum humiliores damnantur aut honestiores in insulam relegantur.<sup>b</sup>

12,4,1 Idem PAVLVS libro et titulo qui supra:

Incendiarii, qui quid in oppido praedandi causa faciunt, facile capite puniuntur.<sup>c</sup>

12,5,1 VLPIANVS libro octauo de officio proconsulis [sub titulo] de naufragis et incendiariis:

Incendiariis lex quidem Cornelia aqua et igni interdici iussit, sed re uarie sunt puniti. nam qui data opera in ciuitate incendium fecerunt, si humillimo loco sunt, bestiis subici solent, si in aliquo gradu et Romae id fecerunt, capite puniuntur: aut certe ..... adficiendi  
2 sunt qui haec committunt. sed eis qui non data opera incendium fecerint plerumque ignoscitur, nisi in lata et incauta neglegentia uel lasciuia fuit.

12,6,1 PAVLVS libro singulari de poenis paganorum sub titulo de abigeis dicit:

Incendiarii, qui in oppido praedae causa id admiserint, capite puniantur: qui casu insulam aut uillam, non ex inimicitiis incenderint, leuius. fortuita enim incendia ad forum remittenda sunt, ut damnum uicinis sarciatur.

12,7,1 VLPIANVS libro XVIII ad edictum, sub titulo si

<sup>a</sup> Qui casam... Paulus 5, 20, 2-3.

<sup>b</sup> Commissum... Paulus 5, 20, 4-5.

<sup>c</sup> Incendiarii... Paulus 5, 20, 1.



escapan hasta las tierras del vecino por accidente de un fuerte viento o por descuido del que pone fuego. Si por eso, una mies o una viña u olivos o árboles frutales se quemaran, se resarciría el daño causado con la estimación pecuniaria.

12,3,1 El mismo Paulo en el mismo libro y título:

Pero el delito de los esclavos, si pareciera al dueño, se resarce con su entrega noxal. En efecto, los que con dolo incendian mieses, viñas u olivos, si son de clase humilde se les condena a la mina; o si son de clase alta se les relega a una isla.

12,4,1 El mismo Paulo en el libro y título de arriba:

Los incendiarios que hacen algo en la ciudad para saquear, fácilmente son castigados con la pena capital.

12,5,1 Ulpiano en el libro octavo *Del oficio de procónsul* [bajo el título] “De los naufragos e incendiarios”:

Ciertamente, la ley Cornelia ordenó que a los incendiarios se les prohibiera el agua y el fuego,<sup>56</sup> pero, según el caso, fueron castigados de modo diverso. En efecto, los que de propósito provocaron un incendio en la ciudad, si son de condición muy humilde suelen ser expuestos a las bestias; si se hallan en algún grado e hicieron eso en Roma, son castigados con la pena capital; o ciertamente... los que cometen estas cosas deben ser castigados. Pero los que no de propósito provocaron un incendio casi siempre son perdonados, a no ser que haya sido por amplia e incauta negligencia o por diversión.

12,6,1 Paulo en el *Libro singular* de las penas de los campesinos bajo el título “De los abigeos” dice:

Los incendiarios que lo hayan cometido por causa de saqueo en la ciudad, sean castigados con la pena capital; más levemente, los que por accidente, no por enemistades, hayan incendiado una casa de alquiler o una villa. Sin duda, los incendios fortuitos deben remitirse al foro, para que sea resarcido el daño a los vecinos.

12,7,1 Ulpiano en el libro XVIII *Al edicto*, bajo el título “Si

<sup>56</sup> Véase índice de palabras, s.v. *interdicto*.

fatebitur iniuria occisum esse, in simplum et cum diceret:

Item si insulam meam adusseris uel incenderis, Aquiliae actionem habebo, idemque est, et si arbustum  
2 meum uel uillam meam. quod si dolo quis insulam  
exusserit, etiam capitis poena plectitur, quasi incen-  
3 diarius.<sup>a</sup> item si quis insulam uoluerit exurere et ignis  
etiam ad uicini insulam peruenerit, Aquilia tenebitur  
lege uicino etiam, non minus inquilinis ob res eorum  
4 exustas,<sup>b</sup> et ita Labeo libro XV responsorum refert. sed  
si stipulam in agro tuo incenderis ignisque euagatus  
ad praedium uicini peruenerit et illud exusserit. Aquilia  
lex locum habeat an in factum actio sit, fuit quaes-  
5 tio. sed plerisque Aquilia lex locum habere non uide-  
tur, et ita Celsus libro XXXVII digestorum scribit. ait  
enim 'si stipulam incenditis ignis effugit, Aquilia lege  
eum non teneri, sed in factum agendum, quia non  
principaliter hic exussit, sed dum aliud egit, sic ignis  
6 processit'. cuius sententia et rescripto diui Seueri con-  
probata est in haec uerba: 'profitere propter ignem,  
[qui] pabuli gratia factus culpa seruorum Veturiae As-  
tiliae euagatus agrum tuum, ut proponis, depopulatus  
est, ad exemplum legis Aquiliae noxali iudicio actura:  
si litis aestimatio permittitur, iudicium, consistere po-  
7 test'. uidelicet non est uisa Aquilia sufficere. si forte  
seruus, qui idem conductor est, coloni ad fornacem  
obdormisset et uilla fuerit exusta, Neratius scribit ex  
locato conuentum praestare debere, si negligens in  
legendis ministeriis fuit. ceterum si alius ignem su-

<sup>a</sup> Item si... *Dig.* 9, 2, 27, 7.

<sup>b</sup> si quis... *Dig.* 9, 2, 27, 8.

confiesa haber asesinado por injuria a resarcimiento simple, y como dijera”:<sup>57</sup>

De igual modo, si quemaras superficialmente mi casa de alquiler, o la incendiaras, tendré la acción de la ley Aquilia, y lo mismo es también si mi arboleda o mi villa. Y si con dolo alguien quemara una casa de alquiler, también se castiga con la pena capital, como incendiario. Igualmente, si alguien quisiera quemar una casa de alquiler, y el fuego también llegara a la casa de alquiler del vecino, será obligado por la ley Aquilia en favor del vecino, y no menos en favor de los inquilinos por sus cosas quemadas, y así lo refiere Labeón, en el libro XV de las respuestas. Pero si incendiaras paja en tu tierra, y el fuego, habiéndose propagado, llegara al predio del vecino y lo quemara; la cuestión fue si tiene lugar la ley Aquilia o si la acción es por el hecho. Pero para la mayoría no parece tener lugar la ley Aquilia, y así escribe Celso en el libro XXXVII del *Digesto*. Afirma, pues, que “si el fuego del que incendiaba paja se escapó, ése no queda obligado por la ley Aquilia, sino que debe ser demandado por el hecho, porque no había quemado precisamente ahí, sino mientras hacía otra cosa, así el fuego avanzó”. Y su sentencia fue ratificada con el rescripto del divo Severo, según estas palabras: “declara que demandarás con un juicio noxal a ejemplo de la ley Aquilia, por el fuego que, hecho a causa del forraje y propagado por culpa de los esclavos de Veturia Astilia, devastó tu tierra, como expones; si se permite la estimación del litigio, puede presentarse el juicio”. Evidentemente no pareció que la acción de la ley Aquilia fuera suficiente.<sup>58</sup> Si casualmente un esclavo, mismo que es arrendatario, se hubiese dormido cerca del horno del colono y la villa se hubiese quemado, Neracio escribe que demandado el colono debe responder por la acción de locación, si fue negligente en elegir a los sirvientes. Además, si uno de los esclavos hubiese

<sup>57</sup> Vid. supra, *Coll.* 2, 4, 1.

<sup>58</sup> Porque habla de demandar con la acción *ad exemplum legis Aquiliae*, y no propiamente con la *actio legis Aquiliae*.

biecerit fornaci, alius neglegenter custodierit, [an] teneatur? namque qui non custodit, nihil fecit: qui recte ignem subiecit, non peccauit: quemadmodum si hominem medicus recte secuerit, sed neglegenter uel ipse uel alius curauerit, Aquilia cessat. quid ergo est? et hic puto ad exemplum Aquiliae dandam actionem tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit uel neglegenter custodit, quam in medicum qui neglegenter curauit, siue homo periit siue debilitatus est. nec quisquam dixerit in eo qui obdormiuit rem eum humanam et naturalem passum, cum deberet uel ignem extinguere uel ita munire, ut non euagaretur.<sup>a</sup> item libro VI ex Vibiano relatum est: si furnum secundum parietem communem haberes, an damni iniuria teneris? et ait [Proculus] agi non posse Aquilia lege, quia nec cum eo qui focum haberet: et ideo aequius putat in factum actionem dandam. sed non proponit exustum parietem. sane enim quaeri potest, [si] nondum mihi damnum dederis et ita ignem habeas, ut metuum ne mihi des, an aequum sit me interim actionem, id est in factum inpetrare? fortassis enim de hoc senserit Proculus. nisi quis dixerit  
8  
9 damni non facti sufficere cautionem.<sup>b</sup> sed et si qui serui inquilini insulam exusserint, libro X Vrseius refert Sabinum respondisse lege Aquilia seruorum nomine dominum noxali iudicio conueniendum: ex locato autem dominum teneri negat. Proculus autem respondit, cum coloni serui uillam exusserint, colonum uel ex locato uel lege Aquilia teneri, ita ut colonus seruos

<sup>a</sup> si forte... *Dig.* 9, 2, 27, 9.

<sup>b</sup> item libro... *Dig.* 9, 2, 27, 1.

puesto por debajo fuego al horno, y otro lo hubiese custodiado negligentemente, ¿acaso queda obligado el colono? Pues, el que no custodió, nada hizo; el que correctamente puso por debajo el fuego, no cometió falta; del mismo modo que si un médico operara correctamente a un hombre, pero él mismo u otro lo cuidaran negligentemente, la ley Aquilia queda sin efecto. Por lo tanto, ¿qué ocurre? Y aquí pienso que debe darse una acción a ejemplo de la ley Aquilia tanto contra ese que se durmió cerca del horno o custodió negligentemente, como contra el médico que cuidó negligentemente, sea que el hombre haya perecido sea que se haya debilitado. Y nadie diga, a propósito del que se quedó dormido, que sufrió una cosa humana y natural,<sup>59</sup> cuando debiera o extinguir el fuego o protegerlo de tal modo que no se propagara. Igualmente en el libro VI por Vibiano se refirió: si tuvieras un horno junto a una pared común, ¿quedas obligado por el perjuicio del daño? Y Próculo afirma que no puede demandarse por la ley Aquilia, ya que no procede con quien tenga fuego: y por eso piensa más justamente que debe darse una acción por el hecho. Pero no expone que la pared se quemó. Pues, en efecto, si todavía no me causarás daño y tuvieras fuego de tal modo que yo temiera que me lo causarás, puede preguntarse si es justo que entretanto yo emprenda una acción, esto es, que la obtenga por el hecho. Tal vez Próculo haya opinado acerca de esto. A no ser que alguien dijera que es suficiente una caución de daño no hecho. Pero también si algunos esclavos de un inquilino quemaran una casa de alquiler, en el libro X Urseio refiere que Sabino respondió que por la ley Aquilia el dueño, a nombre de los esclavos, debe ser demandado en un juicio noxal; mas niega que el dueño sea obligado por la acción de locación. Mas Próculo respondió que, habiendo quemado una villa los esclavos de un colono, el colono queda obligado o por la acción de locación o por la de la ley Aquilia, de tal manera que el colono

<sup>59</sup> Esto es, el quedarse dormido.

posset noxae dedere et si uno iudicio res esset iudicata,  
10 altero amplius non agendum.<sup>a</sup> item Celsus libro XXVII  
digestorum scribit: si, cum apes meae ad tuas aduolas-  
sent, tu eas exusseris,<sup>b</sup> quosdam negare competere legis  
Aquiliae actionem, inter quos et Proculum, quasi apes  
domini mei non fuerint. sed id falsum esse Celsus ait,  
cum apes reuenire soleant et fructui mihi sint. sed  
Proculus eo mouetur, quod nec mansuetae nec ita clau-  
sae fuerint. ipse autem Celsus ait nihil inter has et  
columbas interesse, quae, si manum refugiunt, domi  
tamen fugiunt.

### <TITVLVS XIII> DE TERMINO AMOTO

13,1,1 MOYSES dicit:

Non transmouebis terminos proximi tui, quos cons-  
tituerunt patres tui uel principes possessionis tuae.<sup>c</sup>

13,2,1 PAVLVS libro sententiarum [primo] sub titulo finium  
regundorum:

In eum, qui per uim terminos deiecit uel amouit,  
extra ordinem anima aduertitur.<sup>d</sup>

13,3,1 VLPPIANVS libro octauo de officio proconsulis sub titulo  
de termino moto:

Eos qui terminos mouerunt non impune id facere  
debere diuus Hadrianus Terentio Gentiano XVII k.  
Sept. se III consule rescripsit, quo rescripto poenam  
2 uariam statuit. uerba rescripti ita se habent: 'pes-  
simum factum eorum, qui terminos finium causa  
positos abstulerunt, dubitari non potest. poenae tamen

<sup>a</sup> Proculus... *Dig.* 9, 2, 27, 11.

<sup>b</sup> si, cum... *Dig.* 9, 2, 27, 12.

<sup>c</sup> Non transmouebis... *Deut.* 19: 14.

<sup>d</sup> In eum... Paulus 1, 16.

pueda entregar a los esclavos en noxa, y si la cosa hubiera sido juzgada en un juicio, no se debe demandar nuevamente en otro. Igualmente Celso en el libro XXVII del *Digesto* escribe que si, habiendo volado mis abejas hacia las tuyas, tú las quemaras, algunos niegan que compete la acción de la ley Aquilia, entre los cuales también Próculo, como si las abejas no fueran de mi dominio. Pero Celso afirma que eso es falso, puesto que las abejas suelen regresar, y me rinden fruto. Pero Próculo se mueve por esto: porque ni fueron domesticadas ni tampoco encerradas. Mas el mismo Celso afirma que nada distingue a éstas de las palomas, las cuales, si rehúyen la mano, no obstante se refugian en casa.

### TÍTULO XIII DE LA REMOCIÓN DE TÉRMINOS

13,1,1 Moisés dice:

No moverás los términos<sup>60</sup> de tu prójimo, que establecieron tus padres o los primeros de tu posesión.

13,2,1 Paulo en el libro primero de las *Sentencias* bajo el título de “La fijación de límites”:

En juicio extraordinario se castiga a ese que por la fuerza derribó o removió los términos.

13,3,1 Ulpiano en el libro octavo *Del oficio de procónsul* bajo el título del “Término movido”:

El divo Adriano resolvió en un rescripto a Terencio Genciano diecisiete días antes de las calendas de septiembre, siendo su tercer consulado,<sup>61</sup> que esos que movieron términos no deben hacerlo impunemente; en ese rescripto estableció diferente pena. Las palabras del rescripto son así: “No puede dudarse que es pésimo el hecho de esos que quitaron los términos puestos para fijar los límites. Sin embargo, el tipo de pena

<sup>60</sup> Los términos que señalan los límites de la posesión.

<sup>61</sup> El 16 de agosto del año 119.

modus ex condicione personae et mente facientis magis statui potest: nam si splendidiore sunt personae, quae conuincuntur, non dubito quin occupandorum aliorum finium causa id admiserint, et possunt in tempus, ut cuiusque patitur aetas, relegari [id est si iuuenior in longius, si senior recisius: si uero alii negotium gesserunt et ministerio functi sunt, castigari] et sic in biennium aut triennium ad opus publicum dari. quod si per ignorantiam aut fortuito lapides usus causa furati sunt, sufficit eos uerberibus coerceri'.<sup>a</sup>

<TITVLVS XIII>  
DE PLAGIARIIS

14,1,1 MOYSES dicit:

Quicumque plagiauerit quemquam Israhel et uendiderit eum, morte moriatur.<sup>b</sup>

14,2,1 PAVLVS libro sententiarum V sub titulo ad legem Fabiam:

Lege Fabia tenetur, qui ciuem Romanum ingenuum libertinumue seruumue alienum celauerit uendiderit  
2 uinxerit comparauerit. et olim quidem huius legis poena nummaria fuit, sed translata est cognitio in praefectum urbis, itemque praesidis prouinciae extra ordinem meruit animaduersionem. ideoque humiliores aut in metallum dantur aut in crucem tolluntur, honestiores adempta dimidia parte bonorum in perpetuum re-  
3 legantur. si seruus sciente domino alienum seruum subtraxerit uendiderit celauerit, in ipsum dominum

<sup>a</sup> 'pessimum...' *Dig.* 47, 21, 2.

<sup>b</sup> Quicumque... *Exod.* 21: 16.



puede establecerse más por la condición de la persona y por la intención del que lo hace; en efecto, si las personas que se les prueba su culpabilidad son de las más ilustres, no dudo que lo hayan hecho para ocupar otros límites,<sup>62</sup> y pueden ser relegadas por un tiempo, según lo permita la edad de cada quien; esto es, si más joven, a más tiempo; si más viejo, a menos tiempo; pero si otros gestionaron el negocio y lo desempeñaron por motivo de servicio, pueden ser castigados, y así por un bienio o un trienio son entregados al trabajo público. Y si por ignorancia o por casualidad robaron mojones para su uso, es suficiente que éstos sean castigados con azotes.

#### TÍTULO XIV DE LOS PLAGIARIOS

14,1,1 Moisés dice:

Cualquiera que haya plagiado a alguno en Israel y lo haya vendido, muera con la muerte.

14,2,1 Paulo en el libro V de las *Sentencias* bajo el título a “La ley Fabia”:

Queda obligado por la ley Fabia quien haya ocultado, vendido, encadenado o comprado a un ciudadano romano libre, o a un libertino o a un esclavo ajeno. Y en otro tiempo ciertamente la pena de esa ley fue pecuniaria, pero se transfirió su cognición al prefecto de la urbe, e igualmente mereció en juicio extraordinario una condena del gobernador de la provincia.<sup>63</sup> Y por eso los de clase humilde o se les entrega a la mina o se les crucifica; los de clase alta, despojados de la mitad de sus bienes, se les relega para siempre. Si un esclavo, sabiéndolo el dueño, sustrajera, vendiera u ocultara a

<sup>62</sup> Es decir, para ampliar su posesión traspasando los límites establecidos.

<sup>63</sup> El sentido de esta frase es que el gobernador de provincia también podía conocer sobre la imposición de la pena.

animaduertitur: quod si id domino ignorante commiserit, in metallum datur.\*

14,3,1 VLPPIANVS libro nono de officio proconsulis sub titulo ad legem Fabiam:

Frequens est etiam legis Fabiae cognitio in tribunali-  
bus praesidum, quamquam quidam procuratores  
Caesaris usurpauerint tam in prouinciis quam Romae.  
2 sed enim iam eo peruentum est constitutionibus, ut  
Romae quidem praefectus urbis solus super ea re cog-  
noscat, si intra miliarium centesimum sit iniuria com-  
missa: enimuero si ultra centesimum, praefectorum  
praetorio erit cognitio. in prouincia est praesidum  
prouinciarum, nec aliter procuratori Caesaris haec  
cognitio iniungitur, quam si praesidis partibus in  
prouincia fungatur. plane post sententiam de Fabia  
3 latam procuratoris partes succedunt huiusce rei. attam-  
en procurator qui nullam prouinciam regit licet de  
capitalibus causis cognoscere nec soleat, tamen ut de  
lege Fabia possit cognoscere, imp. Antoninus consti-  
tuit. idem legis Iuliae de adulteris coercendis constitu-  
4 tione imperatoris Antonini quaestionem accepit. lege  
autem Fabia tenetur, qui ciuem Romanum eumue, qui  
in Italia liberatus sit, celauerit uinxerit uinctumue ha-  
buerit, uendiderit emerit, quiue in eam rem socius fue-  
rit: cui capite primo eiusdem legis poena iniungitur. si  
seruus quis sciente domino fecerit, dominus eius ses-  
tertiis quinquaginta milibus eodem capite punitur.  
5 eiusdem legis capite secundo tenetur, qui alieno seruo  
persuaserit, ut dominum fugiat quiue alienum seruum  
inuito domino celauerit uendiderit emerit dolo malo,

\* Lege... Paulus 5, 30b.

un esclavo ajeno, se castiga al dueño mismo; y si cometiera eso, ignorándolo el dueño, es entregado a la mina.

14,3,1 Ulpiano en el libro noveno *Del oficio de procónsul* bajo el título a “La ley Fabia”:

La cognición de la ley Fabia también es frecuente en los tribunales de los gobernadores, aunque ciertos procuradores del César se hayan servido de ella tanto  
2 en las provincias como en Roma. Pero sin duda ya se llegó en las constituciones a tal punto que incluso en Roma el prefecto de la urbe, él solo, conoce sobre ese asunto, si dentro del miliar<sup>64</sup> centésimo se cometió la injuria; pero si más allá del centésimo, la cognición será de los prefectos del pretorio. En la provincia es propio de los gobernadores de las provincias, y esta cognición se encomienda al procurador del César, como si desempeñara las partes de gobernador en la provin-  
3 cia. Obviamente después de dictada la sentencia según la ley Fabia, las partes del procurador entran en él  
4 asunto de éste. Sin embargo, el procurador que no rige ninguna provincia, aunque tampoco suela conocer de causas capitales, no obstante el emperador Antonino estableció que pudiera conocer acerca de la ley Fabia. Lo mismo se aceptó, por la constitución del emperador Antonino, sobre la cuestión de la ley Julia acerca de  
5 castigar a los adúlteros. Pero por la ley Fabia queda obligado quien haya ocultado, encadenado, o tenido encadenado, vendido o comprado a un ciudadano romano o al que haya sido liberado en Italia; o quien haya sido socio en ese asunto; y a ése se impone la pena, según el primer capítulo de la misma ley. Si algún esclavo sabiéndolo el dueño lo hiciera, según el mismo capítulo, su dueño es castigado con cincuenta  
5 mil sestercios. Según el segundo capítulo de la misma ley, queda obligado quien haya persuadido a un esclavo ajeno a que huyera de su dueño, o quien contra la voluntad del dueño haya ocultado, vendido o comprado con dolo malo a un esclavo ajeno, o quien haya sido

<sup>64</sup> El miliar era una señal que marcaba la distancia de mil pasos.

quiue in ea re socius fuerit: iubeturque populo sestertia quinquaginta milia dare. et reliqua.

- 6 Sciendum tamen est ex nouellis constitutionibus capitali sententia plagiatores pro atrocitate facti puniendos: quamuis et Paulus relatis supra speciebus crucis et metalli huiusmodi reis inrogauerit poenam.

<TITVLVS XV>  
DE MATHEMATICIS, MALEFICIS ET  
MANICHAEIS

15,1,1 MOYSES dicit:

- Non inueniatur in te qui lustret filium tuum aut filiam tuam, nec diuinus apud quem sortes tollas: nec consentias uenenariis inpostoribus, qui dicunt, quid conceptum habeat mulier, quoniam fabulae seductoriae sunt. nec intendas prodigia, nec interrogas mortuos. <non inueniatur in te auguriator nec inspector auium nec maleficus aut incantator nec pythonem habens in uentrem nec haruspex nec interrogator mortuorum nec portenta inspiciens>: omnia namque  
3 ista a domino deo tuo damnata sunt et qui fecerit haec. propter has enim abominationes deus eradicabit  
4 Chaldaeos a facie tua. tu autem perfectus eris ante  
5 dominum deum tuum: gentes enim istae, quas tu possides, auguria et sortes et diuinationes audiebant.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> Non inueniatur... *Deut.* 18: 10-14.

socio en ese asunto; y se le ordena que pague al erario cincuenta mil sestercios. Y lo restante.

- 6 Sin embargo, debe saberse que, por las nuevas constituciones, los plagiarios deben ser castigados con sentencia capital por la atrocidad del hecho: aunque también Paulo, para los casos particulares arriba referidos, impuso la pena de la cruz y la de la mina a reos de esta naturaleza.<sup>65</sup>

## TÍTULO XV DE LOS ASTRÓLOGOS, HECHICEROS Y MANIQUEOS

15,1,1 Moisés dice:

- Que no se halle dentro de ti quien purifique<sup>66</sup> a tu hijo o a tu hija, ni adivino de quien aceptes suertes; ni consientas a envenenadores<sup>67</sup> impostores, quienes dicen lo que tiene concebido la mujer, porque son habladoras seductoras. Ni atiendas a prodigios, ni interrogues a los muertos. Que no se halle dentro de ti un agorero ni observador de aves<sup>68</sup> ni hechicero o encantador ni quien tiene a Pitón en el vientre<sup>69</sup> ni arúspice ni interrogador de los muertos ni quien examina prodigios. En efecto, todas esas cosas y quien las haya hecho, fueron condenadas por el Señor tu Dios. Sin duda por estas abominaciones Dios erradicará a los caldeos de tu faz. Mas tú habrás de ser perfecto ante el Señor tu Dios. Sin duda esas gentes que tú dominas, oían augurios y suertes y adivinaciones.

<sup>65</sup> Para mayor información de este pasaje, consúltense los capítulos “Fecha de composición” y “Posibles añadidos” de la Introducción.

<sup>66</sup> Se purificaba haciéndolo pasar por el fuego.

<sup>67</sup> Los que preparaban venenos, medicamentos, cualquier clase de droga.

<sup>68</sup> Se trata del augur, quien pronosticaba mediante la observación del vuelo, el canto y aun la comida de las aves.

<sup>69</sup> Seguramente se refiere a las pitonisas, quienes adivinaban el futuro aspirando ciertos gases que se creía eran de la descomposición de la serpiente pitón, a la que Apolo había matado en Delfos.

15,2,1 VLPIANVS libro VII de officio proconsulis sub titulo de mathematicis et uaticinatoribus:

Praeterea interdictum est mathematicorum callida inpostura et obstinata persuasione. nec hodie primum interdici eis placuit, sed uetus haec prohibitio est: denique extat senatus consultum Pomponio et Rufo cons. factum, quo cauetur, ut mathematicis Chaldaeis ariolis et ceteris, qui simile inceptum fecerunt, aqua et igni interdicatorum omniaque bona eorum publicentur, et si externarum gentium quis id fecerit, ut in eum animaduertatur. sed fuit quaesitum, utrum scientia huiusmodi hominum puniatur an exercitio et professio. |et| quidem apud ueteres dicebatur professionem eorum, non notitiam esse prohibitam: postea uariatum. nec dissimulandum est nonnumquam inrepsisse in usum, ut etiam profiterentur et publice se praeberent. quod quidem magis per contumaciam et temeritatem eorum factum est, qui uisi erant uel consulere  
2 uel exercere, quam quod fuerat permissum. saepissime denique interdictum est fere ab omnibus principibus, ne quis omnino huiusmodi ineptiis se inmisceret, et uarie puniti sunt ii qui id exercuerint, pro mensura scilicet consultationis. nam qui de principis salute, capite puniti sunt uel qua alia poena grauiore adfecti: enimuero si qui de sua suorumque, leuius. inter hos habentur uaticinatores, quamquam ii quoque plectendi sunt, quoniam nonnumquam contra publicam quietem imperiumque populi Romani improbandas artes exer-  
3 cent. extat denique decretum diui Pii ad Pacatum legatum prouinciae Lugudunensis, cuius rescripti uerba quia multa sunt, de fine eius ad locum haec pauca  
4

15,2,1 Ulpiano en el libro VII *Del oficio de procónsul* bajo el título “De astrólogos y vaticinadores”:

Además hay una prohibición por la sagaz impostura y obstinada persuasión de los astrólogos. Tampoco ahora les agradó a éstos que primeramente se prohibiera por interdicto, pero esta prohibición es antigua; además es cierto que siendo cónsules Pomponio y Rufo se hizo un senadoconsulto, por el cual se dispone que a los astrólogos, a los caldeos, a los adivinos y a los demás que acometieron semejante empresa, se les prohibía el agua y el fuego,<sup>70</sup> y todos sus bienes sean confiscados, y si alguien de las gentes extranjeras hiciera  
2 eso, que se le castigue. Pero se ha preguntado si se castiga la ciencia de semejantes hombres o el ejercicio y la profesión. Y ciertamente entre los antiguos se decía que se había prohibido su profesión, no el conocimiento; después se cambió. Y no debe disimularse que a veces se dieron a la práctica,<sup>71</sup> de manera que también profesaban y se presentaban públicamente. Lo cual ciertamente se hizo por la obstinación y temeridad de esos que parecían o consultar o ejercer, más  
3 que lo que se había permitido. Muchísimas veces, finalmente, se prohibió casi por todos los príncipes, que alguien se mezclara completamente en semejantes tonterías, y de modo diverso se castigó a esos que lo ejercieron, es decir, según la medida de la consulta. En efecto, quienes lo hicieron sobre la salud de una persona importante fueron castigados con la pena capital o fueron castigados con alguna otra pena más grave; mas si quienes sobre la suya y la de los suyos, más levemente. Entre éstos se tiene a los vaticinadores, que también deben ser castigados, ya que a veces ejercen artes reprobables contra la tranquilidad pública y el imperio del pueblo romano. Finalmente, existe  
4 el decreto del divo Pío a Pacato, legado de la provincia lugdunense, pero como las palabras de este rescripto son muchas, tomé estas pocas de su final según el lu-

<sup>70</sup> Véase índice de palabras. s.v. *interdicto*.

<sup>71</sup> Es decir, los que pretendían saber.

5 subieci. denique diuus Marcus eum, qui motu Cassiano  
uaticinatus erat et multa quasi instinctu deorum dixe-  
6 rat, in insulam Syrum relegauit. et sane non debent  
inpune ferre huiusmodi homines, qui sub obtentu ex  
monito deorum quaedam uel enuntiant uel iactant uel  
scientes confingunt.

15,3,1 GREGORIANVS libro VII sub titulo de maleficis et  
Manichaeis:

Imp. Diocletianus et Maximianus AA. [et Constantius] et Maximianus nobilissimi [CC.] Iuliano proconsuli Africae. Otia maxima interdum homines in comunione condicionis naturae humanae modum excedere hortantur et quaedam genera inanissima ac turpissima doctrinae superstitionis inducere suadent, ut sui erroris arbitrio pertrahere et alios multos uideantur,  
2 Iuliane karissime. sed dii immortales prouidentia sua ordinare et disponere dignati sunt, quae bona et uera sunt ut multorum et bonorum et egregiorum uirorum et sapientissimorum consilio et tractatu inlibata probarentur et statuerentur, quibus nec obuiam ire nec resistere fas est, neque reprehendi a noua uetus religio deberet. maximi enim criminis est retractare quae semel ab antiquis statuta et definita suum statum et  
3 cursum tenent ac possident. unde pertinaciam prauae mentis nequissimorum hominum punire ingens nobis studium est: hi enim, qui nouellas et inauditas sectas ueterioribus religionibus obponunt, ut pro arbitrio suo prauo excludant quae diuinitus concessa sunt quon-  
4 dam nobis, de quibus sollertia tua serenitati nostrae retulit, Manichaei, audiuius eos nuperrime ueluti



5 gar.<sup>72</sup> Y finalmente el divo Marco relegó a una isla a  
aquel Siro que había vaticinado por el movimiento  
casiano<sup>73</sup> y había dicho muchas cosas como por inspira-  
6 ción de los dioses. Y en efecto, no deben impunemente  
soportar a semejantes hombres, que so pretexto de un  
aviso de los dioses, o bien anuncian, o bien divulgan, o  
bien, sabedores, inventan ciertas cosas.

15,3,1 El *Gregoriano* en el libro VII bajo el título “De los  
hechiceros y maniqueos”:

Los emperadores Augustos Diocleciano y Maximia-  
no y los nobilísimos Césares Constancio y Maximiano a  
Juliano, procónsul de Africa. Queridísimo Juliano, al-  
gunas veces los ocios más grandes aconsejan a los hom-  
bres en comunidad a exceder la medida de la condición  
de la naturaleza humana, y los persuaden a admitir  
ciertos géneros muy vanos y muy torpes de la doctrina  
de la superstición, de modo que parece que por capri-  
cho de su error arrastran también a muchos otros.  
2 Pero los dioses inmortales por su providencia se digna-  
ron ordenar y disponer que las cosas que son buenas y  
verdaderas fueran aprobadas y establecidas en su inte-  
gridad, por el consejo y deliberación de muchos varo-  
